

NEUROLOGIA

S E U

DOCTRINA

DE NERVIS.

M

ELENCHUS NEUROLOGIÆ.

DE nervis generatim.

- Primum par. Nervi olfactorii.
 Secundum par. Nervi optici.
 Tertium par. Nervi oculos motorii.
 Quartum par. Nervi pathetici.
 Quintum par. Nervi trigemini.
 Sextum par. Nervi abducentes.
 Septimum par. Nervi auditorii.
 Octavum par. Nervi vagi.
 Nonum par. Nervi linguales.

De nervis medullæ spinalis generatim.

- Nervi cervicales.
 ——— dorsales.
 ——— lumbares.
 ——— sacrales.
 ——— intercostales magni.



DE N
 Nervi sunt
 tioni in

ORIGO nervo

1. a cereb

2. — cer

3. — me

4. — m

5. ab aliis

FIGURA est in

in

FIGURA nervi

DIVISIO in tr

lares, p

INSTANTIA

1. ex vago

2. ex pulp

qui l

dermu

gmae



DE NERVIS GENERATIM.

NERVI sunt longi, albicantes funiculi, qui sensationi inserviunt.

ORIGO nervorum est *quinduplex*.

1. a *cerebro*.
2. — *cerebello*.
3. — *medulla oblongata*.
4. — *medulla spinali*.
5. ab *aliis nervis*.

FINIS est in *organa sensuum*.

in *viscera*.

— *vasa*.

— *musculos*.

FIGURA nervi est *ramosa*, hinc

DIVISIO in *truncos*, *ramos*, *ramulos*, *fibras capillares*, *papillas*, *plexus nerveos*, & *ganglia*.

SUBSTANTIA nervi est *duplex*. Componitur

1. ex *vagina*, quam *dura*, & *pia mater* dat.
2. ex *pulpa nervea*, quæ ex *tenuissimis canalibus*, qui *liquidum nerveum* continent, constat, demum *multa vasa sanguinea capillaria* *vaginam* *adeunt*.

U^SU^S. Nervi inferviunt.

1. *Sensationi partium sensilium.*
2. *Sensibus 5. externis, ut tactui, visui, auditui, odoratui, gustui.*
3. *Motui muscutorum.*

Anatomici nervos dividunt in *cerebrinos, & spinales.*

Cerebrini vocantur, qui ab encephalo orti per foramina cranii exeunt.

Spinales dicuntur, qui a medulla spinali orti per foramina lateralia vertebrarum exeunt.

N^UM^ER^US nervorum. Sunt 39. *paria.* *Paria 9.* sunt, nervorum cerebrinorum. 30. *paria* nervorum spinalium.

9. *Paria nervorum cerebrinorum* sunt,

1. Par. Nervi *olfaçtorii.*
2. — — — *optici.*
3. — — — *oculos motorii.*
4. — — — *pathetici.*
5. — — — *trigemini.*
6. — — — *abducentes.*
7. — — — *auditorii.*
8. — — — *vagi.*
9. — — — *linguales.*

30. *Paria nervorum spinalium* dividuntur.

1. in 8. *paria nervorum cervicalium.*
2. — 12. *paria nervorum dorsalium.*
3. — 5. *paria nervorum lumbarium.*
4. — 5. *paria nervorum sacrorum.*

DE NERVIS CEREBRI IN SPECIE.

I. PAR. NERVI OLFACTORI.

A corporibus striatis cerebri oriuntur, & per foramina cribrosa ossis ethmoidei in cavum narium abeunt, atque ibi plurimis ramulis in membranam pituitariam narium distribuuntur. Inserviunt odoratui.

II. PAR. NERVI OPTICI.

A thalamis nervorum opticorum in cerebro orti, ante infundibulum, seu super sella turcica ad se invicem uniuntur in formam litteræ x, iterum a se invicem recedunt, & per foramina optica ossis sphenoidi in orbitam abeunt, ibi bulbum oculi perforant, & in eo tunicam retinam, quæ visus est organum, formant.

III. PAR. NERVI OCULOS
MOTORII.

A cruribus cerebri oriuntur, abeunt per rimam orbitalem superiorem in orbitam, & in 5. ramos dividuntur, quorum 4. ad musculos bulbi, & quintus ramus ad ganglium ophthalmicum abit.

IV. PAR. NERVI PATHETICI.

Hi a testiculis cerebri oriuntur, & per rimam orbitalem superiorem in orbitam abeunt, in qua

in musculum obliquum superiorem distribuuntur.

V. PAR. NERVI TRIGEMINI.

Hi a *cruribus cerebelli* oriuntur, & adhuc in cavo cranii in tres ramos dividuntur: nempe

1. In *ramum orbitalem*, seu *ophthalmicam*.
2. — *ramum maxillarem superiorem*.
3. — *ramum maxillarem inferiorem*.

1. RAMUS ORBITALIS per rimam orbitalem superiorem in orbitam abit, in qua in 3. dividitur ramos.

1. In *ramum frontalem*, qui per foramen superciliare ex orbita in frontem exit, & ibi nervos frontales profundos, & superficiales format.

2. In *ramum lachrymalem*, qui ad glandulam lachrymalem.

3. In *ramum nasalem*, qui per foramen orbitale nasi in cavum narium abit.

2. RAMUS MAXILLARIS SUPERIOR per foramen rotundum e cavo cranii egreditur, transit canalem infraorbitalem, & per foramen anticum hujus canalis in faciem, seu maxillam superiorem emergit. In hoc itinere 4. dat nervos, naribus, faucibus, & alveolis dentium.

3. RAMUS

1. Ram

2. Ram

VI. PAR.

A parte postica

vernolium

ram orbita

tur, in o

rectum ca

VII. PAR

Hi duplici portio

inferiori,

Portio du

a quarto

3. RAMUS MAXILLARIS INFERIOR per foramen ovale e cavo crani egreditur, & dein in 2. ramos se distribuit.

1. *Ramus lingualis* in musculos, & substantiam linguæ abit.

2. *Ramus mentalis* posticum foramen canalis mentalis in maxilla inferiori ingreditur, canalem tranfit, & per foramen anticum hujus canalis in extimam superficiem maxillæ inferioris emergit.

In itinere per canalem omnibus alveolis dentium dat ramulos, qui *nervi alveolares inferiores* dicti dentium radices ad medullium dentium abeunt.

VI. PAR. NERVI ABDUCENTES:

A parte postica *pontis Varolii* oriuntur, finum cavernosum duræ matris transeunt, & per fissuram orbitalem superiorem in orbitam egrediuntur, in qua in musculum abducentem, seu rectum externum abeunt.

VII. PAR. NERVI AUDITORII.

Hi duplici portione una superiori, quæ *dura*; altera inferiori, quæ *mollis* portio vocatur, oriuntur. Portio *dura* a *cruribus cerebelli*, portio *mollis*, a quarto *cerebri ventriculo* originem habet.

Uterque ramus ad orificium meatus auditorii interni abit.

Ramus mollis per foraminula meatus auditorii in labyrinthum auris internæ distribuitur, & primarium auditus organum constituit.

Ramus durus, in meatu auditorio interno aquæ ductum Fallopii ingreditur, & ex eo per foramen stylomastoideum in regionem temporalem emergit, in qua pedis anserinæ forma plurimis ramis distribuitur.

VIII. PAR. NERVI VAGI.

A corporibus olivaribus medullæ oblongatæ oriuntur, & per foramina lacera cranii in collum, thoracem, & abdomen egrediuntur.

In COLLO dant ramos duos.

1. *Ramos linguales*, qui ad linguam.
2. *Ramos laryngeos superiores*, qui ad laryngem abeunt.

In THORACE dant ramos quatuor.

1. *Ramos laryngeos recurrentes*, quorum *dexter* arteriam subclaviam dextram, *sinister* arcum aortæ ansa circumdat, & dein ad laryngem recurrit.
2. *Plexum cardiacum*, a quo nervi ad cor.
3. *Plexum pulmonalem*, a quo nervi ad pulmones.

4. Pl
a

Den

P

u

p

1. Pl

t

2. Ra

v

f

IX. PAR.

A sulco inter

tur, &

linguam

NERVI

Nervi, qui a m

tur. Exe

terverteb

NERV

NERVORUM C

Primum pa

os occ

exerunt

collum

4. *Plexum œsophageum*, a quo nervi ad œsophagum distribuuntur.

Demum *trunci* nervorum vagorum œsophago in cavo mediastini adjacentes, unus anterior, alter posterior, cum œsophago in ventriculum abeunt, & ibi

1. *Plexum stomachicum* formant, qui ventriculo nervos dat, &
2. *Ramos ad plexus abdominales*, quos nervus intercostalis magnus in abdomine format.

IX. PAR. NERVI LINGUALES.

A *fulco* inter corpora olivaria, & pyramidalia oriuntur, & per foramina condyloidea anteriora ad linguam abeunt.

NERVI MEDULLÆ SPINALIS.

Nervi, qui a medulla spinali oriuntur *spinales* vocantur. Exeunt per *foramina* lateralia, seu intervertebralia vertebrarum, & ossis sacri.

NERVI CERVICALES.

NERVORUM CERVICALIUM sunt 8. paria.

Primum par vocatur *nervi occipitales*, hi intra os occipitis, & primam vertebrarum colli exeunt, & distribuuntur ad occiput, & collum.

Reliqua 7. paria nervorum cervicalium distribuuntur ad musculos colli, glandulam parotidem, humerum, auriculam. Ab his nervis oriuntur.

1. *Nervus accessorius Willisii.*
2. *Nervus phrenicus, seu diaphragmaticus.*
3. *Plexus brachialis.*

Nervi accessorii a 2. 4. & 5. pari cervicali oriuntur, ascendunt per foramen occipitale magnum in cavum cranii, & iterum ex eo per foramina lacera exeunt in musculum trapezium.

Nervi phrenici a 3. 4. & 5. pari cervicali oriuntur, in unum truncum collecti descendunt ad cavum thoracis, in quo intra claviculam, & arteriam subclaviam penes pericardium ad diaphragma abeunt.

Plexus brachialis formatur a 5. infimis paribus cervicalibus, & primo pari dorsali, & distribuitur in 6. ramos, qui in extremitates superiores abeunt.

1. *Nervus articularis*, qui in articulo humeri distribuitur.
2. *Nervus medianus*, cum arteria brachiali descendit in volam manus usque, ibi pollicis, indici, & digito medio duos dat ramos, *digitales* dictos, & digito annulari ramum *digitalem* unum.

D
 3. Nervus u
 nes con
 cubi
 annulari
 dat ram
 4. Nervus r
 antibrac
 dit, in
 struibit
 5. Nervus
 sculo-
 coraco
 nam
 pollic
 6. Nervus
 & ant
 minima
 N E R
 Nervorum dorso
 riori mar
 & nervi
 muscul
 N E R
 Nervorum lumb
 tur ad m
 abdomin
 obturato

3. *Nervus ulnaris* a plexu brachiali descendit penes condylum internum brachii, & penes cubitum in volam manus, in qua digito annulari unum, & digito auriculari duos dat ramos *digitales*.
4. *Nervus radialis* penes externum brachii, & antibrachii latus ad dorsum manus descendit, in quo itinere ubique in musculos distribuitur.
5. *Nervus cutaneus externus*, qui etiam *musculo-cutaneus* vocatur, quia musculum coracobrachialem perforat, dein penes venam medianam descendit in antibrachio ad pollicem.
6. *Nervus cutaneus internus* in interno brachii, & antibrachii latere descendit ad digitum minimum.

NERVI DORSALES.

Nervorum *dorsalium* sunt 12. paria, quæ sub inferiori margine costarum ad sternum decurrunt, & nervi *costales* vocantur. Distribuantur in musculos, & cutem dorfi, atque thoracis.

NERVI LUMBALES.

Nervorum *lumbalium* sunt 5. paria, quæ distribuuntur ad musculos, & cutem lumborum, atque abdominis. Ramos dant ad formationem nervi *obturatorii*, & *cruralis*.

NERVI SACRI.

Nervorum *sacrorum* sunt etiam 5. paria, quæ a cauda equina medullæ spinalis oriuntur, & per foramina interna ossis sacri exeunt, atque in cavo pelvis distribuuntur in vesicam urinariam, vesiculas seminales, penem, uterum, vaginam, & intestinum rectum.

Nervi *extremitatum inferiorum* a lumbalibus, & sacris formantur, & numero 3. sunt.

1. *Nervus obturatorius* a nervis lumbalibus oritur, per incisuram superiorem foraminis ovalis e cavo pelvis exit, & in musculos circa pelvem distribuitur.
2. *Nervus cruralis* etiam a tribus primis paribus lumbalibus oritur, cum vasis cruralibus sub ligamento Pupartii ex cavo abdominis exit, distribuitur in musculos, & cutem femoris, atque cruris ad dorsum pedis usque.
3. *Nervus ischiadicus*, qui maximus est nostri corporis nervus, oritur ab ultimis duobus lumbalibus, & tribus primis paribus sacris, in unum truncum collectus e cavo pelvis per excisuram ischiadicam egreditur, dein intra tuberositatem ischii, & trochanterem majorem femoris in exteriori, & postica femoris parte descendit in cavum popliteum, sub quo in ramum *tibiale*, & *peronæum* dividitur.

Ramus tibialis
internus
tam p
internus
giales fo
Ramus peronæus
is, &

NERVI IN

NERVUS INTER

cavo cran

currente

viduanur

etus, pe

egreditur

liam coll

cri descen

In hoc itinere

spinalium

& sequent

in COLLO dat

ab his oriuntur

In THORAC

intercosta

Ramus tibialis descendit, & juxta malleolum internum, & sinuositatem calcanei in plantam pedis abit, in qua in *plantares nervos internum*, & *externum*, a quibus *nervi digitales* formantur, dividitur.

Ramus peronæus multis ramis in musculos cruris, & dorsum pedis distribuitur.

NERVI INTERCOSTALES MAGNI.

NERVUS INTERCOSTALIS MAGNUS oritur in cavo cranii a ramo sexti paris, qui cum recurrente ramo quinti paris, quem *nervum viduanum* vocant, in unum truncum conjunctus, per canalem caroticum e cavo cranii egreditur, & juxta latera corporum vertebraliū colli, thoracis, lumborum, & ossis sacri descendit.

In hoc itinere ab omnibus 30. paribus nervorum spinalium duos *ramulos accessorios* aquirit, & sequentes ramos nerveos format.

in COLLO dat 3. *ganglia*, quæ *cervicalia* dicuntur.

supremum.

medium.

infimum.

ab his oriuntur *nervi cardiaci*, qui ad cor, & *nervi pulmonales*, qui ad pulmones abeunt.

In THORACE dat *nervum splanchnicum*, seu *intercostalem anteriorem*, qui diaphragma per-

forat, & in abdomine circa renes *ganglia semilunaria* format, ex quibus nervi ad omnia viscera abdominalia exeunt. Hi nervi exeuntes

In ABDOMINE IO. peculiare *plexus nerveos* formant, sub nomine visceris ad quod pertinent, ut

1. *Plexus coeliacus* ad ventriculum.
2. — *splenicus* ad lien.
3. — *hepaticus* ad hepar.
4. — *mesentericus supremus*.
5. — *mesentericus medius*.
6. — *mesentericus infimus*, seu *hypogastricus* ad mesenterium.
7. Duo *plexus renales* ad renes.
8. Duo *plexus spermatici* ad testiculos
abeunt.

Nervus intercostalis posterior circa pelvim ramos accessorios ad viscera, & nervum ischiadicum dat, & demum ita finitur.

